e-codices

scilicet, adhortabat admonitione iusta Regem:
Non licet tibi habere vxorem Fratris tui. Sed
Quô fugeros quid his verbis sanctius, quid lenius,
quid iustius? Ecce Septem verba, verba verissima,
verba sanctissima tulere cervicem Joannis Bapt.
Mirari forsan adhuc aliquis, et difficilem dictu
is adhibet fidem, admirationem tollam, fideique veram
mihi capiam. Quis, obsecro vobis Stoici, Auditor
tardus et imbecillem ad id quod ~~dic~~ dicere
nitor linguam meam inuenio? pergo tamen) quis
iustissimo iustissimus, quis sapientissimo sapientissimum
Creatorem nostrum, Redemptorem nostrum, Seruatorem omni
Vniuersi Bonum à libertate ad Captiuitatem et vin=
cula, à vinculis ad carcerem, ad carcere ad diris
flagellorum plagas, à flagellis ad spineam coronation=
em, à spinis ad crucem, et ipsam mortem, et mor=
tem ignominiosissimam abripuit? quis? lingua? ego
lingua; lingua iustissima semper loquens, utilissima
semper suadens, sonudentissima semper docens, quae vel
tunc apparuit, Quando interrogat à Summo Pontificum
num Dei filius esset, diceret: Ego sum, vt blas=
phemus, atque morte dignissimus a toto Synedrio, ô

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. f.%20209r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/en/zbz/D0147/f.%20209r)